



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An peccatum continens multas specie malitias dividi in confessione possit,
§. 12

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

me duo peccata commisisse: at quando id facio in secunda confessione; non significo me commisisse duo peccata; sed præscindo: possum enim secunda vice confiteri idem peccatum, quod alias sum confessus, atque adeo dum dico, me adulterium voluisse; non significo me adulterium solum voluisse, ut ex modo loquendi significabam in prima Confessione.

§. 12.

*An peccatum continens mulieris
specie malitias, dividi in Con-
fessione possit..*

79 **E**X proximè dictis solvi-
tur celebris illa, & uni-
versalis dubitatio, an malitiæ,
seu circumstantiæ, quæ necessa-
riò in Confessione sunt expli-
candæ, aperiri queant separa-
tum; v. g. qui habet votum casti-
tatis,

tatis, peccatque contra ipsum, utrum possit, dividendo peccatum, sic se accusare; Peccavi contra castitatem, & insuper peccavi contra votum à me emissum; an verò obligetur sic unitim loqui, Voti Castitatis à me emissus, contra ipsum deliqui.

80 Dico simili ratione, qua
g. præcedenti diximus, posse nos
hic dubitare; Primo in casu pri-
mæ Confessionis; Secundo in
casu secundæ Confessionis,
quando forte in prima, alterius
necessariæ circumstantiæ fueris
inculpabiliter oblitus. Et simili
quidem responsione. Dico in
priore casu non posse, posse verò
in posteriore. Rationes sunt eæ-
dem, eodemque superiore à no-
bis allatae.

81 Supponimus tamen cum
ibi, cum hic malitia non expli-
catam in prima, posse solam ex-
pliari sufficienter in secunda;
verbi gratia, in casu voti prædi-
cto,

sto, potest: quia dicendo in se-
cunda Confessione peccavi con-
tra votum; tota malitia in pri-
ma Confessione omissa declara-
tur. At in peccato, verbi gra-
tia, violentiae, non potest. Si
enim quis, exempli causa, vio-
lenter puellam cognovit, & pri-
ma Confessione dixit, se cognos-
uisse puellam; si in secunda di-
cat, se violentum in quamdam
personam fuisse; non sufficien-
ter explicat peccatum in ultima
specie à se commissum; vio-
lentum enim esse contra aliquem
est quid genericum ad violen-
tum in re, in persona, in honore.

§. 13.

*Alio peccatum complectens Pluris
numero malicias dividi in
Confessione possit.*

28 **S**ed iam subiectur alia du-
bitatio. Diximus de se-
parati